



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Precariis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

tum sit propositum explicare ea quae juris Pontificii in primis sunt propria, non agemus: sed tantum de precariis; ut pote quarum non in jure Civili, sed tantum Canonico fiat mentio, & spectentur tantum in rebus Ecclesiasticis. *Pac. Isag. Decret. tit. deprecur.*

De precariis.

T I T. XLII.

Precariæ sunt contractus, quo prædium perpetuò vel ad longum tempus fruendum conceditur, c. 4. *precariæ à. 10. qu. 2.* ita ut annua pensio præsteretur, ut colligitur ex *Nov. Leon. 13.* & de quinquennio in quinquennium contractus renovetur. c. 1. *hic. c. 5. præcariæ de. 10. qu. 2.*

Pro qua renovatione is qui precariæ nomine tenet, quid solvere tenetur; *Laudemium Doctores vocant.*

Est duplum canonis emphyteutici. *d. Nov. Leon. 13.*

Verti debet in rem Ecclesiæ, non lucro Prælati cedere. *d. Novel. Leon. 13.*

Qui hunc contractum cum Ecclesiæ Oeconomico, ut fieri solet, init, pro re Ecclesiæ quam accipit, vicissim rem aliam Ecclesiæ donare debet, usufructu quoad vixerit ad certum tempus sibi retento, ut eo finito proprietas ad Ecclesiam transeat. *d. c. precariæ à. 10. qu. 2.*

Diffrerit hic contractus ab emphyteusi, ut species à genere: quoniam emphyteusis dicitur etiamsi non debeat singulis lustris renovari; precariæ verò omnino.

Diffrerit à precario: quia hoc tamdiu conceditur, quoad is qui concessit, patitur; precariæ verò pro voluntate concedentis non revocantur, nisi sint irrationalib[us]. *c. fin. hic.*

De peculio clericorum, relictis, & successoribus eorum.

T I T. XLIII.

Sequitur ut videamus de rebus Clericorum propriis, seu de proprio eorum patrimonio, quod, non quatenus sunt Clerici, habent.

Quæ